

Maenth des von der tydt als sie vns vornunfftlichenn vnnnd genochsam vor-
klaret vnnnd tho kennen gegeuen, gedempett vnnnd gentzlikenn neddergelecht
werden, wan auer ethliche von den Ludenn von Estlandt wedder vnse luede
jn ethlikenn dingenn ouertredenn datsulue schall geliker wyse binnen eyn
Maenth von der tydt an dat den rechternn vnnnd den bestenn dar ist, tho
kennen gegeuen nha gesette vnnnd recht manck den Edlen jn den Lande
gencklick(!) geendigett werdeunn vnd gestellett, wen susz anders geschege, so
werdeunn wy doen vmb jrlange vnsers Rechten dat vns aller nuttest dunkett,
vnder vnsem Segell datum &c.

Öfverskrift: Eyn vordracht von Konick Magnus tho Sweden vnd Norwegenn thuschenn
dussenn Landenn der Stadt Reuel vnnnd Wyburch vpperichtett.

3729.

1343 d. 8 Sept.

Rackaby.

SVEN BENEË (Bengtsson) i Sventorp intyggar att han genom skötning åt Rackaby nunnekloster upp-
låtit sin gård i Sventorp, värd 50 mark penningar, med vilkor att klostret på sina gods lemnar honom
bostad så länge, tills årshyran uppgått till nyssnämnda summa.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus sueno benee in suenæþorpe sa-
lutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi tam posteri quam presentes
me religiosi dominabus monialibus in rakkæby curiam meam in suenæþorpe
sitam cum omnibus suis attinenciis infra sepes et extra valentem quinquaginta
Marcas monete nunc currentis scotacione legitime facta secundum leges
terre nostre. a. me meisque postmodum heredibus resignasse, referendo ante-
dictam legaliter in eadem Tali tamen prehabita condicione quod in bonis
sepedictarum vbi me constituerint residenciam faciam personalem, donec in
pensione annuali complete per me fuerint ille quinquaginte Marce supradicte,
in cuius euidentiam firmiorem siggilla discretorum virorum. silicet. domini
erici curati in skødwo et domini østani curati mei in suenæþorpe postulo pre-
sentibus apponenda, datum rakkæby anno domini M° CCC° XL° tercio in na-
tiuitate beate virginis.

Sigillen: N:o 1, Kyrkoherden Eriks (bokstafven E med en korsprydad); N:o 2, 3 borta, remsorna kvar.

3730.

1343 d. 14 Sept.

Fiholm.

ULVID BIRGERSSON testamenterar till Wårfruberga kloster, der han väljer sin graf, $\frac{1}{2}$ markland i
Wåppeby, Weckholms socken, samt prestkläder; till Strengnäs och Westerås domkyrkor jord i Bäräsund
och Stybbeboda till kommunionvin, och i öfrigt egendomar, kreatur, vapen, kläder, böcker, en bild, diverse
husgeråd m. m. till kyrkor, kloster, prester och andra personer.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

In Nomine patris et filii et spiritus sancti amen., Anno domini M° CCC°
XLIII°. die exaltacionis sancte crvcis, Ego vluidus birgersson licet corpore

debilis, mente tamen compos, et quia multi ab hoc seculo subito rapiuntur., volens talibus casibus per dei gratiam precauere, anime mee salubriter preuidendo, de bonis michi a deo collatis, et concessis ad tempus testamentum meum ordino in hunc modum, videlicet. primo lego claustro varæfrubergh ubi locum mee sepulture eligo dimidiam marcham terre in wappy parochia uekul dyocesis upsalensis site, et vnam casulam subtile, et dalmaticam, Jtem ecclesie strengenensi quatuor solidos terre in bæraesundh ad uinum pro sacrificio habendum, ecclesie arosiensi, quinque solidos cum dimidio terre in stybbæbodhum, ad vinum pro sacrificio habendum, ecclesie fagurhulth. terram quam possideo. in solengium ad mensam presbiteri, ecclesie høxby vnam cappam dictam koorcapo, ecclesie dodhirhultæ capellam meam in smalandhum, ecclesie myklæby in ølandia terram quam possideo in blæsinghe ad mensam presbiteri, Jtem fratri meo domino arosiensi vnum cornu dictum kloo fabricatum cum argento, sorori mee domine abbatisse in varæfrubergh equum trahentem vehiculum meum., conuentui ibidem. viginti marchas denariorum, presbiteris, in varæfrubergh cuilibet vnam marcham denar.*) fatribus[ø:fratribus] kalmarnie tres marchas denar., fratribus sodhurcopie tres marchas denar., fratribus arosie tres marchas denar. postea claustris fratrum maiorum, et minorum infra mare cuilibet claustro duas marchas, Jtem curato in høxby duas marchas, ecclesie vimarby vnam marcham, curato ibidem duas marchas denar., ecclesie pylernum vnam marcham denar. curato duas marchas denar., deinde ecclesiis in quarum parochiis curiam habeo cuilibet vnam marcham, et curatis in eisdem ecclesiis cuilibet vnam marcham, Jtem botildi bænnæ doter vxori mee dilecte caballum meum, capellam, breuiarium, et missale meum, vnum kylth de albo serico, et vnum grossum cornu in valisnææs repositum, fratrvæli meo mathie halstensson et eius sororibus curiam meam valisnææs cum omnibus attinenciis prope vel procul positis et tria cornua., ingiburgi bænnædoter vnam ymaginem de alabastro, katerine sorori mee curiam meam næsihulth cum omnibus dependenciis prope vel procul positis., ingulpho pætersson II. skippund cupri., ingimaro bænnæson equum de decem marchis denariorum, presbitero meo gudmundo vnum integrum par uestium blauei coloris, consanguineo meo birgero karlsson vnum cacabum braxatilem, hæmingo karlsson vnum cornu, benedicto danskæ vnum equum nicholao iarnkarly vnum equum, vnum plato cum singulis aliis armis competentibus, johanni swerkersson vnum plato supertectum nigro panno laurencio pætersson vnum equum

*) Denna gåfva till presterna i Wårfruberga är inskrifven nedanför brevets sista rad, utan bestämd anvisning hvar dessa ord böra intagas.

andree laurencii vnum equm olauo biorsson vnum equm cum sella, pedissequis vxoris mee cuilibet vnam tunicam, executores autem testamenti mei viros discretos ordino et constituo, videlicet venerabilem in christo patrem, dominum fratrem Egislum dei gracia episcopum arosiensem dilectissimum germanum meum, birgerum alguzson, mathiam haltensson [o: halstensson] fratrem meum karissimum, et botildem consortem meam, quibus si infra vnus anni reuolucionem testamentum meum solutum non fuerit, curiam meam vardhakrae pro soluendo testamento predicto facultas detur libera et perfecta vendendi seu alio modo quocumque ipsis placuerit ordinandi, In cuius rei testimonium et euidenciam firmiorem sigilla executorum testamenti prescripti vna cum meo proprio peto presentibus apponenda, Datum et actum fyholm anno prenotato.

Sigillen borta, remsorna kvar.

3731.

1343 d. 14 Sept.

Warberg.

ELOF GALLE säljer sina gods i Djursbo i Lönnberga socken till Nils Petersson. (Jfr N:o 3726).

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus Elauus dictus galle. salutem in domino sempiternam Tenorepresencium. euidenter recognosco. protestando. me viro discreto nicholao pæterson. bona mea in giurzbothe. parrochia. lÿnebærgh. sita. cum omnibus et singulis eorum pertinenciis. videlicet. domibus. agris. pratis. siluis. piscariis. molendinis. et molendinorum locis. ac aliis adiacenciis quibuscumque. infra sepes et extra. prope vel remote positis. michi ibidem attinentibus vendicionis titulo. pro pleno precio. totaliter dimisisse. transferens in ipsum et heredes suos. plenum proprietatis jus et dominium., eadem bona. occupandi. vendendi. seu quocumque alio. modo ad sui libitum ordinandi., et michi et heredibus meis. perpetuo alienans. in cuius facti euidenciam. sigillum meum presentibus est appensum. et nos. magnus swegher. et laurencius swegher, ex quo sigilla non habemus. discretorum virorum domini karoli de Alsithum. et folchonis. diæcn. petimus, presentes, sigilla [o: — lis] roborari, scriptum worthbergis. Anno domini M°. CCC° XL°tercio. die exaltacionis sancte crucis.

Sigillen: N:o 1, Elof Galles (bevingad länsspets); N:o 2, andligt, fragment; N:o 3, »S. Folchonis Dyaconi» (en gren med stympade qvistar, tvärt öfver skölden).